

*Caput primum*

Sacrificium et sacerdotium ut Dei ordinatione coniuncta sunt, ut utrumq;  
in omni lege extiterit. Cum igitur in novo testamento sanctum Eu*Se*sardiæ  
sacramentum uisibile ex Domini institutione Catholica Ecclesia accepere,  
fateri etiam oportet, in ea nouum esse uisibile et externum Sacerdotium,  
in quod uetus translatum est. Hoc autem ab eodem Domino Salvatore  
nostro institutum esse, atq;*z* Apostolis, eorumq;*z* successoribus in Sacerdotio  
potestatem traditam consecrandi, offerendi, et ministrandi corpus et  
sanguinem eius; necnon et peccata dimittendi, et reuendendi: sacra  
literæ offendunt, et Catholica Ecclesia traditio semper docuit.

*Caput secundum*

Cum autem Diuina res sit tam sancti Sacerdotij ministerium, consentane,  
um fuit, quo dignus et maiori cum ueneratione exerceri posset, ut in  
Ecclesia ordinatissima dispositione plures et diuersi essent ministri,  
ordines, qui Sacerdotio ex officio deseruirent, ita distributi, ut qui  
cum clericali tonsura insigniti essent, per minores ad maiores ascen,  
derent. Nam non solum de sacerdotibus, sed et de Diaconis sacra  
literæ apertam mentionem faciunt, ac quæ maxime in illorum ordinatione  
attendenda sunt, granissimis uerbis docent, et ab ipso Ecclesie initio  
sequentium ordinum nomina, atq;*z* uniuscuiusq;*z* eorum propria mini,  
steria Subdiaconi scilicet, Aceolyti, Exorcistæ, Lectoris, et Ostiarij  
in usu fuisse cognoscantur. Quanvis non pari gradu. Nam subdiaco,  
natus ad maiores Ordines a Patribus, et sacris Concilijs referuntur,  
in quibus et de alijs inferioribus frequentissime legimus.

*Caput Tertium*

Cum Scriptura testimonio Apostolica traditione et Petrum unanimi con,

sensu perspicuum sit per sacram ordinationem, quæ uerbus, et  
signis exterioribus perficitur gratiam conferri, dubitare ne-  
mo debet. Ordinem esse verè, et propriè unam ex septem sibi  
Ecclesie sacramentis. Inquit enim Apostolus. Ad monos te ut  
suscdes gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manum  
mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed  
uirtutis et dilectionis, et sobrietatis.

### Caput Quartum

Quoniam uero in sacramento ordinis sicut et in Baptismo  
et Confirmatione character imprimitur, qui nec deleri, nec a-  
ferri potest, merito sancta synodus damnat eorum sententia  
qui asservunt noui testamenti sacerdotes temporariam tantum  
modo potestatem habere, ac semel rite ordinatos iterum laicis  
effici posse si uerbi Dei ministerium non exerceant. Quod  
quis omnes Christianos promiscue noui testamenti sacerdotes  
esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali praedicatoris  
esse affirmet, nibil aliud facere uidetur, quam Ecclesiastico  
Hierarchiam, quæ est ut castorum arios ordinata, confun-  
dere: perinde ac si contra beati Pauli Apostoli doctrinam  
omnes Apostoli, omnes Propheta, omnes Evangelistæ, omnes  
Pastores, omnes sine Doctores. Provnde s. synodus declarans  
præter ceteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos qui in Apo-  
stolorum locum successerunt ad hunc Hierarchium ordi-  
nacique pertinere, et positos (sicut idem Apostolus ait) a  
spiritu sancto regere Ecclesiam Dei: eosq; Presbyteris super-  
res esse, ac Sacramentum Confirmationis conferre, ministra-

Ecclesie ordinare, atq; alia pleriq; peragere ipsos posse,  
 quodrum functionum potestatem reliqui inferioris Ordinis nul-  
 lam habent. Docet insuper s. synodus in ordinatione Episco-  
 porum, Sacerdotum, et coetorum ordinum, nec populi  
 nec cuiusvis secularis potestatis, et magistratus consensum,  
 siue uocationem, siue autoritatem ua regiri, ut sine ea  
 errata sit ordinatio; quin potius decernit eos qui tantummodo  
 a populo aut seculari potestate, aut magistratu uocati, et  
 instituti ad Sacra ministeria exercenda ascendunt, et qui  
 ex propria clementate sibi sumunt, omnes non Ecclesiae  
 ministros, sed fures, et latrones per ostium non ingressos,  
 habendos esse.

Hæc sunt que generatim sacra synodo uisum est Christi  
 fideles de Sacramento Ordinis docere. His autem contraria  
 certis et proprijs Canonibus in Sunc qui sequitur modum,  
 damnare constituit; ut omnes adiuuante Christo fidei  
 regula uentes in tot errorum tenebris Catholicam ueritatem  
 facilius agnoscere, et tenere possint.

### Canon primus

Si quis dixerit non esse in novo testamento Sacerdotium  
 uisible, et externum, uel non esse potestatem aliquam con-  
 secrandi, et offerendi uerum Corpus, et Sanguinem, et pec-  
 cata remittendi, et retinendi: sed officium tantum, et nu-  
 dum ministerium prædicandi Euangelium, uel eos qui non  
 prædicant, prorsus non esse Sacerdotes. Anathema sit.

### Canon secundus

Si quis dixerit præter Sacerdotum non esse in Ecclesia Catolica alios Ordines, et maiores, et minores, per quos uelut per gradus quosdam in Sacerdotium condatur. Anath. su

### Canon Tertius

Si quis dixerit Ordinem, sive sacram Ordinationem non ex uere, et proprie. Sacramentum a Christo Domino institutum, uel esse figuratum quoddam Similium exagitatum a viris rerum Ecclesiasticorum imperitis, aut esse tantum ritum regundam elegendi ministros verbi Dei; et Sacramentorum

### Canon quartus

Si quis dixerit per sacram Ordinationem non dari spiritum sanctum; ac proinde frustra Episcopos dicere, Accipere spiritum sanctum: aut per eam non imprimi characterem: uel enim qui sacerdos semel fuit, Iacum rursus fieri posse: Anath.

### Canon quintus

Si quis dixerit Unionem, qua Ecclesia in sancta ordinatur, non tantum non regiri, sed contemnendam esse, et perniciosa esse, similiter et alias Ordinis ceremonias. Anathema sit.

### Canon sextus

Si quis dixerit in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam Diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis Presbyteris, et ministris: Anathema sit.

### Canon septimus

Si quis dixerit Episcopos non esse Presbyteria superiores: uel  
non habere potestatem confirmandi et ordinandi; uel eam  
quam habent illi esse cum Presbyteris communem: uel Ordines  
ab ipsis collatos sine populi: uel pontificis secularis consensu,  
aut uocatione, irritus esse aut eos qui nec ab Ecclesiastice,  
et canonica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed  
ab aliis uocantur, legitimos esse uerbi et sacramentorum  
ministros. Anathema sit.

### Canon octauus

Si quis dixerit Episcopos, qui auctoritate Romani Pont.  
assumuntur, non esse legitimos a ueros episcopos, sed  
fragmentum humanum. Anathema sit.

Eidem sacrosancta Synodus Reformationis materiam prosequens,  
haec quae sequuntur in praesenti decernenda esse statuit  
de decernit.

### Decretum de Residentia

(Canon. I.) Cum precepto Domino mandatum sit omnibus, quibus animarum  
cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificium  
offerre, uerbis, Divini predicatione, Sacramentorum admini-  
stracione, ac bonorum omnium operum exemplo parere,  
pauperum, aliarumq; miserabilium personarum curam pater-

nam gerere, et in cetera munia Pastoralia incumbere: que  
omnia nequaq; ab his præstari, et impleri possunt, qui p-  
gi suo non inuigilant, neg; assistunt; sed mercenariorum  
more deserunt: Santa Synodus eos admonet et sortatur,  
ut Diuinorum præceptorum memores factiq; forma gregis,  
iudicio et ueritate pascent, et regant. Ne vero ea, que  
de Residentia sancte, et utiliter, iam antea sub fe: re: Pa-  
Tertio sancta fuerunt, in sensus à sacrosanctæ Synodi  
mente alienos exulantur, ac si uigore illius Decreti quinque  
mensibus abesse licet, illis in herendo declarat s. synod.  
omnes Patriarchalibus, Primatibus, Metropolitanis ac  
Bedralibus Ecclesijs quibuscumq; quocumq; nomine et titulo  
præfatos, etiam si sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales  
obligati ad personalem in sua Ecclesia vel Diœcesi residen-  
tiam, ubi in ualio sibi officio defungi teneantur, neg; abes-  
posse nisi ex causis, et modis infrascriptis.

Nam cum Christiana caritas, urgens necessitas, debita  
obedientia, ac euidens Ecclesie vel Regi ut sit us aliquos  
nonnunq; abesse postulent, et exigant, Decernit eadem s. synod.  
gas legitime absentia causas a beatissimo Rom. Pont. aut a  
Metropolitano, vel eo absente Suffraganeo Episcopo antiquiori  
residente, qui idem Metropolitani absentiam probare debet;  
in scriptis esse approbandas; nisi cum absentia inciderit pro  
aliquod munus Republicæ et officium Episcopatus adun-  
cibus suis cuius quoniā causa sunt notoria, et int̄ordum repentina,  
casas quidem significari Metropolitano necesse erit: Ad eundem  
tamen cum Concilio Provinciali spettabit iudicari de licet

a se, vel a suffraganeo datis, et videre ne quis eo iure abutatur  
 et ut poenis canonice errantes puniantur. Intercederat meminerint  
 discussuri ita cuiusvis prouidendum, at quantum fieri poterit  
 ex ipsorum absentia nullum damnum accipiant. Quoniam autem  
 qui aliquantisper tantum absunt, ex veterum Canonum senten-  
 tia non videbuntur abesse, quia statim reuersi sunt: sancta  
 Synodus vult illud absentie spacium singulis annis, sive conti-  
 nuum, sive interruptum, extra predictas causas nullo pacto debere  
 diu nos, aut ad summum tres menses excedere, et haberi rationem  
 ut id aqua ex causa fiat, et absq; ullo gregis detrimento; quod  
 an ita sit abscedentium conscientie resinguit, quam sperat religi-  
 osam, et timoratam fore, cum Deo corda pateant, cuius opus  
 non fraudulenter agere suo periculo tementur. Eodem iterum  
 admonet, et in Domino sortatur, ne per illius temporis spacium  
 Dominicam Aduentus, quadragesima, Nativitatis, Resurrectio-  
 nis Domini, Pentecostes, Item et Corporis Christi diebus,  
 quibus refici maxime, et in Domino gaudere Pastoris presen-  
 tia oves debeat, ipsi ab Ecclesia sua cathedrali ullo pacto  
 absint, nisi episcopalia munia in sua Diocesi eos alio uocent.

Si quis autem (quod utinam nunq; eueniat) contra huius decreti  
 dispositionem affuerit, statuit s. synodus praeter alias poenas  
 aduersus non residentes sub Paulo iij impositas, et innovatas,  
 ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, eum pro rata tem-  
 poris absentiae fructus suos non facere; nec tuta conscientie alia  
 etiam declaratione non secuta, illos sibi detinere posse; sed teneri;  
 aut ipso cessante, superiorem Ecclesiasticum illos fabrie Eccle-  
 siar, aut pauperibus loci erogare. prohibita quacunq; conventione

uel compositione, qua pro fructibus male perceptis appellatur, ex  
que etiam fructus in totum, aut pro parte ei remitterem.  
Non obstantibus quibuscunq; priuilegijs cuiuscunq; collegi,  
fabrice concessis.

Cadem omnino etiam quo ab culpam, amissionem fructuum, et  
pœnas de curatis inferioribus, et alijs quibuscunq; qui benefic.  
aliquid Ecclesiasticum curam animarum Sabens, obtinent:

Synodus declarat, et decernit, ut tamen ut quancunq; ex  
causa prius per Episcopum cognita, et probata, absesse contigerit,  
vicarium idoneam ab ipso Ordinario approbadum cum deb.  
mercedis assignatione relinquant. Discendendi autem licentia  
in scriptis, gratiis, concedendam ultra bimestre tempus, non  
ex gravi causa non obtineant. Quod si per edictum citati  
etiam non personaliter, contumaces fuerint, liberum esse  
aut ordinariis per censuras Ecclesiasticas ad sequestrationem  
et subtractionem fructuum, aliaq; iuris remedie, etiam usq;  
privationem compellere, nec executionem quolibet priuilegio  
scientia familiaritate, exemptione, etiam ratione cuiuscunq;  
beneficij, factione statuto, etiam iuramento vel quacunq; aut  
confirmato. Consuetudine etiam immemorabilis que potius  
ruptela censenda est, sive appellatione, aut exhibitione etiam  
in Romana curia vel uigore Eugenianæ constitutionis, suspi.  
ci posse.

Postremo, tam decretum illud sub Paulo iij. quam hoc ipsum  
in Concilis Provincialibus et Episcopatis publicari sancta  
Synodus præcipit. Capit enim qua adeo ex Pastor, munere, et  
marumq; salute sunt, frequenter omnium auribus, mentibus,

infici, ut in posterum Deo iuuante nulla temporum iniuria  
aut hominum obliuione, aut desuetudine aboleantur.

(Canon . 11. de Reformatione)

Ecclesiis cathedralibus seu superioribus, quocunq; nomine et titulo  
etiam si sanctæ Rom. ecclæ cardinales sint, si munus consecra-  
tionis intra tres menses non suscepserint, ad fructuum perceptor,  
restitutionem teneantur: si infra eisdem menses postea id facere  
neglexerint, Ecclesijs ipso iure sunt privati. Consecratio vero, si  
extra curiam Romanam fecit, in Ecclesia, ad quam promoti  
fuerint, aut in provincia, si commode fieri poterit, celebretur.

Episcopi per se metipos Ordines conferant. Quod si agitudo  
fuerint impediti; subditos suos non aliter, quam cum probatos  
et examinatos ad aliud Episcopum ordinandos, dimittant.

Prima tonsura non imbutentur, qui sacramentum Confirmatio-  
nis non suscepserint, et fidei rudimenta edociti non fuerint,  
quiq; legere, et scribere nesciant, et de quibus probabilis  
coniectura non sit, eos non secularis iudicij fugiendi fraude,  
sed ut Deo fidelem cultum præcessent. Socuite genus elegisse

Ad minores Ordines promouendi, bonum a Parocho, et a magistro  
scolæ, in qua educantur, testimonium habeant. Hi vero, qui  
ad singulos maiores Ordines erunt assumendi, per mensem  
ante ordinationem Episcopum adeant, qui Parocho, aut alteri,  
cui magis expedire videbitur, committat: ut nominibus ac

desiderio eorum, qui volent promoueri publicè in Ecc.<sup>e</sup> proposo  
de ipsorum ordinandorum natalibus, aetate, moribus et vita a fide  
dignis diligenter inquirat, et literas testimoniales ipsam inqu  
sitionem falsam continentis ad ipsum Epum, quam primum  
transmittat.

vi  
Nullus prima tonsura initatus, aut etiam in minoribus ordinib.  
constitutus ante xiiij annum beneficium possit obtinere. Is  
etiam fori prius lego non gaudeat, nisi beneficium ecclesiastica  
Sabeat, aut clericalem Habitum, et tonsuram deferens, alie  
Cœlesiae ex mandato Episcopi inseruit, vel in seminario cl  
ericorum, aut in aliqua schola, vel universitate de licentia ep  
quasi in via ad maiores ordines suscipiendos uersetur. In  
clericis vero conjugatis seruetur constitutio Bonifacij viij  
mejor, Clerici qui cum unius; modo Si clerici aliquius  
seruitio, vel ministerio ab episcopo deputato, eidem ecclesia  
seruant, vel ministrent, et clericali Habitui, et tonsura ut  
Nemini quo ad Soc, prius legio vel consuetudine etiam imme  
rabilis suffragante.

viii  
Sancta Synodus antiquorum canonum uestigis insærendo  
cernit, ut quando Epus ordinationem facere disposuerit, om  
nibus ad sacrum ministerium accedere voluerint, feria quarta an  
ipsam ordinationem, vel quando Eps' videbitur, ad ciuitatem  
euocentur; Epus autem Sacerdotibus et alijs prudentibus viris  
peritis Diuinae legis, ac in Ecclesiasticis sanctissimis exercitatis  
sibi ascitis, ordinandorum genus, personam aetatem, instituti  
onem, mores, et doctrinam, fidēqz diligenter inuestiget et examinet.

Ordinationes sacrorum ordinum sicut fatus a iure temporibus, ac  
in Cathedrali Ecclesia vocatis, præsentibusq; ad id eccœ Cano-  
mici, publice celebrentur. Si autem in alio Diæcesis loco, præsente  
clero, loci dignior, quantum fieri poterit, Ecclesia semper aleatur.  
Vnusquis quisq; autem a proprio Episcopo ordinetur. Quod si  
quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei, etiam cuiusvis  
generalis, aut specialis rescripti, vel privilegij præextu, etiam  
fatus temporibus permittatur, nisi eius probitas, ac mores  
ordinarij sui testimonio commendentur. Si secus fiat, ordi-  
nans a collatione ordinum per annum, et ordinatus a sus-  
cepitorum Ordinum executione quandiu proprio ordinario  
uidebitur expedire, sit suspensus.

Episcopus familiarē suum non subditum ordinare non possit,  
nisi per triennium secum fuerit commoratus, et beneficium  
quacunq;, fraude cessante, statim re ipsa illi conferat. Con-  
saetudine quacunq;, etiam immemorabili in contrarium,  
non obstante.

Abbatibus, et alijs quibuscumq;, quantumvis exemptis, non licet  
in posterum intra fines alieuius Diæcesis consistentibus, etiam  
si nullus Diæcesis, vel exempla esse dicantur, cuiquam, qui  
regularis subditus sebi non sit, consuram vel minores ordines  
conferre, nec ipsi Abbatibus, et alijs exempti, aut collegia, vel  
Capitula quacunq;, etiam Ecclesiarum Cathedralium Praes-  
dimissorias aliquibus clericis secularibus, ut ab alijs or-  
dinentur, concedant. Sed horum omnium ordinatio,  
seruatis omnibus, que in Suis sanctæ synodi Decretis  
continentur, ad Epòs, intra quorum Diæcesis fines existat,

ferentur. Non obstantibus quibuscunq; priuilegijs, prasci-  
tionibus, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus: pan-  
quog; impositam h[ab]it, qui contra Suius s. synodi sub Pan-  
Tortio decretum, à Capitulo Episcopali sede vacante, la-  
dimissorias impetrant, ad illos, qui easdem litteras non a  
Capitulo, sed ab alijs quibusvis in iurisdictione Episcopi loco  
Capituli sede vacante, succedentibus obtinerent, mandat  
extendi. Concedentes autem dimissorias contra formam de-  
creti, ab officio et beneficio per annum sint ipso iure su-  
pensi.

XI

Minores Ordines Sis qui saltim Latinam Linguam intelligan-  
per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo expedire  
magis videtur, conferantur: ut eo accuratis, quantum  
sit Suius discipline pondus, possint edoceri; ac in unog; in  
muncere, iuxta prescriptum Episcopi se exercane; idq; in  
ea, cui asscripti erunt Ecclesia; nisi forte causa studiorum  
absent, atq; ita de gradu in gradum ascendant, ut in eis  
cum aetate uite meritum, et doctrina maior accrescat,  
Quod et bonorum morum exemplum et assiduum in ecclesiis  
ministerium, atq; maior erga Presbyteros et superiores ordi-  
nes reverentia, et crebrior quam antea corporis Christi  
comunio, maxime comprobabunt. Cumq; Sine ad alios  
gradus et sacratissima mysteria sit ingressus, nemo ijs int-  
etur, quem non scientiae spes maioribus ordinibus dignum  
affenderat. Si uero non nisi post annum a susceptione postu-  
mi gradus minorum Ordinum, ad saeculos ordines promou-

antur, nisi necessitas, aut Ecclesie utilitas, iudicio Episcopi aliud exposcatur.

xiii Nullus in posterum ad Subdiaconatus ordinem ante  $\text{xxii}$ . ad Diaconatus ante  $\text{xxiii}$ . ad Presbyteratum ante  $\text{xxv}$ . etatis sua annum promouetur. Sciant tamen Episcopi non singulos in ea etate constitutos debere ad eos ordines assumi, sed dignos duntaxat, et quorum probata vita senectas sit. Regulares quoq; nec in minori etate, nec sine diligentia Epi' examine, ordinantur. Priviliegis quibuscunq;, quo ad Soc genitus exclusis.

xiv Subdiaconi et Diaconi ordinantur. Sabentes bonum testimonium, et in minoribus ordinibus iam probati, ac literis, et his que ad ordinem exercendum pertinent, instructi, qui sperent Deo auctore se continuere posse. Ecclesijs quibus asseruntur inseruant. sciantq; maxime decere, si saltum diebus Dominis, et solemnibus, cum altari ministrauerint, sacram communionem perceperint. Promoti ad sacrum Subdiaconatus ordinem, si per annum saltum in eo non sint versati, ad alterum gradum, nisi aliud Ego iudeatur, ascendere non permittantur. Duo sacri Ordines non eodem die, etiam regularibus, conferantur. Priviliegis ac indultis quibusvis concessis, non obstantibus quibuscunq;

xv Qui p[re]cie et fideliter in ministerijs ante alios se gererint ad Presbyteratus ordinem assumantur, bonum Sabent testimonium: et si sunt, qui non modo in Diaconatu ad minus annum integrum, nisi ob Ecclesie utilitatem, ac necessitatem aliud Ego iudicetur, ministrauerint. Sed etiam ad populum docendum ea quae sciri omnibus necessarium est ad salutem, et ministranda

Sacra menta, diligente examine præcedente, comprobentur. ag. 4  
pietate, ac castis moribus conspicui: ut præclarum bonorum  
operum exemplum, et uite monita ab eis possent expectari;  
Curet Ep'us, ut si saltem dubius Domini acit. et festis solum  
si uocem curam animarum habeant, tam frequenter ut su-  
mari satisfaciant, Missas celebrent. Cum promotois per saltu-  
m non ministraverint, Ep'us ex legitima causa, possit dispen-  
xviii. Quamvis Presbyteri in sua Ordinatione a feceratis absoluendi pot-  
est. Italem accipiant: decernit tamen s. synodus nullum etiam  
regularem posse confessiones secularium, etiam sacerdotum  
audire, nec ad id idoneum reputari; nisi aut Parochiale  
beneficium, aut ab Ep'us per examen, si illis videbitur esse ne-  
cessarium, aut alia ratione, iudicetur, et approbationem,  
gratia detur, obtineat. Privilégis et consuetudine quacunq; et  
immorabili non obstante.

xvi. Cum nullus debeat ordinari qui iudicio sui Episcopi non sit utilis  
aut necessarius suis Ecclesijs, s. synodus uestrigij sexti Can-  
Concilij (Balcedonens) inscriendo statuit, nullus in posterum  
ordinetur, qui illi ecclæ, aut pro loco, pra. cuius necessitate,  
aut utilitate assumitur, non ascribatur, ubi suis fungatur  
muneribus, nec incertis uagetur sedibus. Quod si locum invi-  
sus Ep' deseruerit, ei sacerorum exercitium interdicatur.

xvii. Nullus præterea clericus peregrinus sine commendatib; sui  
Ordinary Literis ab ullo Ep' ad Diuine celebranda, et sac-  
menta ministranda admittatur.

Versantorum Ordinum a Diaconatu ad Officiacum functiones,  
 ab Apostolor temporibus in Ecclesia laudabiliter receptae, et plau-  
 ribus in locis aliquando intermissa, in usum iuxta sacros  
 Canones reuocentur: ne ab Hæreticis tangot oportet traducantur,  
 illius pristini moris restituendi desiderio flagrans s. synodus  
 decernit, quod in posterum Siuissimodi ministeria non nisi  
 per constitutos in dictis ordinibus exerceantur. Omnesq;  
 et singulos Prelatos in Domino sororatur, et illis præcipit, ut  
 quantum fieri comode poterit, in Ecclesijs Cathedralibus et  
 Collegiis, et Parochialibus sua Diocesis, si populus frequens  
 et Ecclesie prouentus id ferre queat, Siuissimodi functiones  
 carent restituendas, et ex aliqua parte reddituum aliquorū  
 simplicium beneficiorum, vel fabriæ ecclie, si prouentus  
 sufficiat, aut urbisq; illorū, eas functiones exercentibus  
 Appendix assignent, quibus, si negligentes fuerint, Ordinary  
 iudicio, aut ex parte mulctare, aut in votum priuare possint.  
 Quod si ministerijs quatuor minorum ordinum exercendis  
 clerici cœlibes preso non erant, suffici possint etiam coniugati  
 fidei probatae, summodo non bigami, ad ea munia obcunda-  
 donei, et qui consuram, et habitum clericatum in Ecclesia  
 gestent.

De Seminario clericorum in singulis diaconibus  
 erigendo

Cum Adolescentium aetas, nisi recte instituatur, prona sit ad  
 mundi voluptates sequendas, et nisi a teneris annis ad  
 pietatem, et religionem informetur, antequam aitior, habitus habet

Somines possident, nunc perfecte at sine maximo et singulari  
protempore Dei omnipotentis auxilio in disciplina Ecclesiastica  
perseueret. s. synodus statuit ut singula Cathedrales metropolitanae, atq; sis maiores Ecclesie pro modo facultatum et dia-  
mplitudine certum fuerorum Iesu ciuitatis, et Diocesis, u.  
eius provincie, si ibi non reperiatur, numerum in collegio a.  
Soc prope ipsas ecclesias, uel alio in loco conuenienti ab ipso  
gendo abere, ac religiose educare, et ecclesiasticis disciplinam  
instruere teneantur. In Soc vero collegio recipiantur qui  
ad minimum xij annos ex legitimo Matrimonio nati  
sint, ac legere et scribere competenter noverint, et quod  
indoles, et voluntas spem afferat eos Ecclesiasticis ministeriis  
perpetuo inseruituros. Pauperum autem filios praecepit dy-  
vult, nec tamen duciorum excludit, modo suo sumptu de-  
etur, et studium pra se ferant Deo, et Ecclesie inserviendi.  
Hos pueros Iesus in eis classes, quot ei videbitur, diuersos  
iuxta eorum numerum, etatem, ac in disciplina Ecclesiastica  
et progressum, partim cum ei oportunum videbitur, ecclesi-  
star, ministerio addicet, partim in collegio erudiendos re-  
nebit, aliosq; in locum eruditorum sufficiet, ita ut Soc  
collegium Dei ministrorum, perpetuum seminarium sit.

Ve vero in eadem disciplina Ecclesiastica commodius  
situantur, consueta statim, atq; Sabatu clericali semper uti-  
tur. Grammatices, cantus, computi Ecclesiastici, aliarumq;  
narum artium disciplinam discere, sacram scripturam,  
libros Ecclesiasticos. Homelias sanctorum, atq; Sacramentorum  
gradendorum, maxime que ad confessiones audiendas uide-

buntur oportuna, et rituum, ac ceremoniarum formas edificant.  
 Curat Ep̄s ut singulis diebus Missæ sacrificio intervint, ac  
 saltum singulis mensibus confiteantur peccata, et iuxta  
 confessoris iudicium, surant corbus Dni nři Iesu Christi.  
 Cathedrali, et alijs loci ecclesijs, diebus festis inseruient.  
 Quæ omnia, atq; alia ad Sancz ren oportuna et necessaria  
 Ep̄i singuli cum consilio duor, Canonicoz, senioro, et granioro  
 quos ipse elegerint, prout spiritus sanctus suggesserit, con-  
 fituent, eaq; ut semper obseruentur, saepius visitando ope-  
 ram dabant. Discolors et incorrigibiles, ac malorum morum  
 Seminariores acriter punient, eos etiam si opus fuerit ex-  
 pellendo, omniaq; impedimenta afferentes, quacunq; etiam ad  
 conservandum, et augendum tam piam, et sanctum institutum  
 cuius videlicet pertinere videbuntur, diligenter curabunt. Et quia ad colle-  
 gij fabricam instituendam, et ad mercedem præceptoriis  
 et ministris soluendam, et ad alendam iuuentutem, et ad  
 alios sumptus cerli redditus erunt necessary, ultra ea que  
 ad instituendos, et alendos pueros sunt in aliquibus Eccl̄ys  
 destinata, que ei ipso huc seminario sub eadem Ep̄i cura  
 applicata conseantur. Idem Ep̄s cum consilio duor, quor,  
 alter ab Ep̄o, alter ab ipso Capitulo eligatur, itemq; duor,  
 de clero ciuitatis, quorum item alterius electio similiter ad  
 Episcopum, alterius vero ad clerum pertineat, ex fructibus  
 integris mense Ep̄alis, et Capituli, et quarumcunq; dignitatum  
 Personatum et officiorum, Præbendarum, Portionum, Abbatar,  
 et Prioratum cuiuscunq; Ordinis, etiam regularis, aut qua-  
 litatis, vel conditionis fuerint, Et Hospitalium, que dantur  
 in titulum, vel administrationem, iuxta Constit. Cone. Viennens.

qua incipit, qua contingit, et beneficiorum quorumcunq<sup>z</sup><sub>3</sub> regula<sup>ch</sup> regularium, etiam si uix patronatus cūuscunq<sup>z</sup> fuerint, etiam si exempla, etiam si nullus diocesis, uel alijs ecclesiasticis Monasteriis, ac Hospitalibus, et alijs quibusvis locis p<sup>i</sup>ss et exemplis annexa, et ex fabricis Ecclesiasticis et aliorum locorum, etiam ex quibuscunq<sup>z</sup> alijs Ecclesiasticis redditibus, seu p<sup>o</sup>uentibus, etiam aliorum collegiorum (in quibus tamen seminariis discentium uel docentium ad commune Ecclesie bonum promouendam actu non habentur hæc em' exempla esse uoluit) præratione redditum, qui superflui essent, ultra conuenientem ipsorum seminariorum sustentationem) seu corporum, uel confraternitatum, quæ in nonnatis locis scolæ appellantur et omnium Monasteriorum, non tamen mendicantium etiam ex decimis, quacunq<sup>z</sup> ratione ad Salos, ex quibus subsidia Ecclesiastica solvi solet, et milites cuiuscunq<sup>z</sup> militiae, aut ordinis pertinencibus, Fratribus s. Joannis Hierosolomitaniis luntaxat exceptis partem aliquam, uel porcionem detrasent, et eam porcionem sic detraham, nec non beneficia aliquot similia cuiuscunq<sup>z</sup> qualitatibus, et dignitatis fuerint, uel etiam præstmonia, uel præstmoniales portiones, etiam ante vacationem, nuncipatae, sine cultus Domini, et illa obtinentium præiudicio, huic collegio applicabunt, et incorporabunt, quod locum habeat etiam si beneficia sint reseruata, uel affixa, nec per resignationem ipsorum beneficiorum uniones et applicationes suspendi, uel ullo modo impediri possint, sed omnino quacunq<sup>z</sup> vacazione, etiam si curia effectum suum revertantur, quacunq<sup>z</sup> constitutione non obstante. Ad hanc autem porcionem soluendam beneficiorum

degratuum, Personatum, et omnium et singulorum super  
memoratorum possessores non modo pro se, sed pro pensionibus  
quas alijs forsan ex dictis fructibus soluerent, retinendo tñ  
pro rata quicquid productis pensionibus illis erit sovendum,  
ab Epò loci percensuras Ecclesiasticas, et alia iuris remedia,  
etiam vocato ad Soc, si videbitur, auxilio brachij secularis  
compellantur, quibusvis quo ad omnia et singula suprascripta  
privilegijs, exemptionibus, etiam si specialem derogationem  
requirerent, consuetudine etiam immemorabili; et quavis  
appellatione, et allegatione, qua executionem impedit, non  
~~obstantibus~~. Succedente vero casu quo per uniones effec-  
tum suum sorrentes, vel aliter seminariam ipsum in totum,  
vel in partem totatum reperiatur, eunc porro ex singulis  
beneficijs ut supra detrahe, et incorporata ab Epò, prout res  
ipsa exegerit in totum, vel pro parte, remittatur.

Quod si Cathedralium, et cliarum maiorum Ecclesiarum Praelati  
in Sac Seminaryj erectione, eiusq; conservatione negligentes  
fuerint, ac suam portionem soluere detrectauerint, Episcopum, Arsi-  
epus, Archiepiscopum, et superiores Synodus Provincialis exerciter  
corripere, eosq; ad omnia suprascripta cogere lebeat, et ut  
quam primum Soc sanctum et tam piùm opus, ubiunque  
fieri poterit, promoueat in studiose curabit. Rationes aut  
redditum huius seminaryj Episcopannis singulis accipiat,  
presentibus duobus a Capitulo, et totudem a ciuitatis clero  
deputatis.

Deinde, ut cum minore impensa Smoi scolis instituendis pro-  
videatur, statuit s. synodus ut Epí, ArchEpí, Prelates  
et alijs locor, Ordinaryj scolas alteras obtinentes, et alios,

quibus est sectionis, vel doctrinae munus annexum ad docen-  
dum, in ipsis scolis instituendos per se ipsos, si idonei fuerint  
alioquin per idoneos substitutos, ab ipsis scolasticiis elegendi  
et ab ordinariis probandos, per substracionem fructuum cogi-  
et compellant. Quod si iudicio Ep̄i digni non fuerint, alio-  
qui digni sint, nominet, omni appellatione remota. Quod  
neglexerint, Ep̄is ipse deputet. Docebunt autem predicti,  
que videbantur ep̄o expedire. De cetero vero officia  
Signitates, illae quae scolastica dicuntur, non nisi Doct-  
ribus, vel magistris, aut licentiatis in sacra pagina, aut  
in iure Canonico, et alijs personis idoneis, et qui per se ip-  
sas illud munus explere possint, conferantur, non obstantibus  
quibuscunq; pricilegiis et consuetudinibus etiam immemo-  
rabilibus.

Si vero in aliqua provincia Ecclesie tanta paupertate la-  
zauerint, ut collegium in eis erigi non posse Synodus Pro-  
vincialis, vel Metropolitana cum duobus antiquioribus  
Suffraganeis in Ecclesia Metropolitana, vel alia Provincie  
Ecclesia commodiore, unum aut plura collegia, prout  
oportunum iudicabit, ex fructibus diocesum, aut plurium  
Ecclesiarum, in quibus singulis collegium commode iusti-  
ficari non potest, erigendum curabit, ubi fuerit illarum  
Ecclesiarum educentur.

In Ecclesiis autem amplias Dioceses habentibus, possit Ep̄is  
unum vel plura in Diocesi, prout sibi oportunum videbitur  
habere seminarium, que tamen ab illo uno, quod in cuius  
estate erectum et constitutum fuerit, in omnibus dependent

Postremo, si uel pro unionibus, sea pro portuorum taxatione, uel as-  
signatione, et incorporatione, aut qualibet alia ratione difficultatem  
aliquam oriri contigerit ob quam huius seminarij instituto, uel  
conservatio impeditetur, aut perturbaretur Epis cum supra deputu-  
tatis uel synodus Provincialibus pro regionis more, pro Ecclesiar,  
et beneficiorum qualitate, etiam ~~et~~ supra scripta, si opus fuerit mo-  
derando, aut augendo omnia et singula qua ad huius Seminarij  
felicem projectum necessaria et opportuna videbuntur decernere  
at prodidere ualeat.

Insuper eadem sacrosancte Tridentina Synodus proximam  
futuram Sessionem in diem  $\text{XVI}$ . mensis Septembris indicit, m  
qua agendum de Sacramentis Matrimonii, et de alijs si qua erunt  
ad doctrinam fidei pertinentia que expediri possint. Item de pro-  
uisionibus Clericatum, Dignitatum, alteriusq; beneficiorum  
Ecclesiasticorum deinde diversis Reformationis articulis.